



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijis, 1609

Vers. Capiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

mario iure tuendas reliquit, quam
uis si ordinarii locorum suos sub
ditos pro suis negotiis ad Aposto
licam Sedem euntes beneficiis pri
uent, priuatio nulla sit, & ipsi in
censuras incident, ut habetur in
extrauag. diuina. de priuile.

Postremò pœnam hanc euad
unt, vbi rem paruam hisce sub
ripiut ob rationes, quas diximus.
Sed de hoc satis, ad reliqua desce
damus, si illud prius addideri
mus, quæ de spoliantibus euntes
ad Apostolicam Sedem diximus,
& ad spoliantes ab ea recedentes
pertinere.

Vers. Capiunt.

S V M M A.

- 1 Capientes eos, qui ad Sedem Apostoli
cam eunt in excommunicationem inci
dunt, quæ excommunicatio, quo usque
pateat, declaratur.
- 2 Capientes eos, qui ad Apostolicam Se
dem eunt, quando in excommuni
cationem non incident.

IN hac parte excommunicatur
capientes eos, qui ad Sedem
Apostolicam eunt, vel ab ea re
cedunt, & quoniam quid sit cape
re, & quid hoc significet, satis no
tum est, ob eam rem eius explica
tione omisso, regulam more no
stro ponamus.

In excommunicationem hanc

igitur, tñcidunt, qui capiunt eos,
qui ad Sedem Apostolicam eunt,
vt diximus. Quæ excommunica
tio afficit prædictos in omnibus
casibus, in quibus eam interfici
entes, ac mutilantes afficere antea
diximus. Vel per se igitur, vel per
alios id faciant, excommunicatio
ne hac obligantur.

Item excommunicatio hæc af
ficit, esto capti ratione quapiam
capientium manus effugiat, nam
ex quo Bulla tales ipso iure excō
municat, statim atque hosce cœ
perunt, in excommunicationem
hanc incident. argument. capitu
pastoralis. §. fin. de appellat. esto
igitur deinceps eorum manus é
vadant, sponteve dimittant, non
idcirco tamen excommunicatio
ne absoluuntur. argu. cap. cum de
sideres, & capitu. peruenit, de sen
tent. excommun. At quid de man
dante capi, vel iubente quid iu
ris, si hunc mandati peniteat?
Hoc alibi declarauimus, iam eos
qui pœnam hanc euadunt, pona
mus.

Primum igitur in excommuni
cationem hanc non incident, qui
in ijs casibus capiunt, in quibus
& interfici, mutilare ipso pos
se antea diximus. Quare si quis
hos capiat ob delictum aliquod,
quo a iudice puniantur, vel ne in
manus hostium incident, neve pe
riculum aliquod adeant, vel etiā
ioco, excommunicationem hæc euadet,
ex quo n. talis pena inferrur, ubi
dolus adest, inferri existimatur. ar
gu.

Pontifici reseruatis,

gu:c>nullus. & c.nemo Episcopo-
rum. i nq. 3. Postremo excipitur, quis con-
ratus est hos capere, sed non potuit,
nam neque hic in excommuni-
cationem hanc incidet, cum quod
verba cum effectu intelligenda
sunt, argumenti. §. hæc verba st.
quod quisque iu. & c. relatum de-
cler. non resident. tum quod, vbi
pœna infertur, ipso iure delictum
consumatū requiritur, quo quis
in eam incidat, vt tradidit Ioan.
Andr. in cap. in pœnis. in mercur.
libr. 6. quem sequitur Anchara. in
Clem. multorum. num. 5. versic.
Quinto. de pœn. Facit quoque
quod dixit Zabar. in Clement. cu-
pientes. §. fin. versic. Tertio qua-
to. eod. vbi ait in eam excommu-
nicationem clericos, religiososve
non incidere, qui suadent cuiusq;
re sepulturam eligat, si ipsam non
eligar, ergo idem hic. Sed iam re-
liqua prosequamur, cum illud ad
diderimus, quæ de capiente eun-
tem ad Sedem Apostolicam dixi-
mus, & de capiente ab ea receden-
tem dicta nos esse velle.

Vers. Detinent.

- S V M M A.
- 1 Detinere quid significat.
 - 2 Detinentes, qui ad Apostolicam Sede
eunt, in excommunicationem incidit,
quæ excommunicatio, quousque pa-

Pars Secunda.

237

- teat, declaratur.
- 3 Detinentes qui ad Apostolicam Sede
eunt, quando in excommunicationem
non incident.
- 4 Capiens, detinens, spolians, mitilans,
interficiens euntem ad Apostolicam
Sedem an in plures excommunicatio-
nes incident.

IN hac parte excommunicatur
Iob aliam causam offendentes
eos, qui ad Sedem Apostolicam
eunt, ab eave recedunt, vbi scilicet
eos detinent, tuquam excommuni-
cationem, vt dilucidiorum habeas
mus, sciendum est, verbum hoc De-
tinere, in duas sententias accipi pos-
se. Primo, vbi quis aliquem captu-
detinet. Secundo loco, vbi quis a-
liquem moratur, seu impedit, iux-
ta illud Terent. in Eunuch. Deti-
neo te fortasse, & in Phor. Pol me
detinuit morbus. Item sciendum
est in re nostra in utramque senten-
tiam accipi posse, vbi scilicet vel
captum detinent, vel non captum
dolo malo impediunt, vel morati-
tur, non ratio prohibitionis ea est,
vt liber accessus sit ad Apostolicā
Sedem, quæ libertas impeditur
quacunque ratione dolo malo ve-
nientem, quis moretur, vt per se
patet. His præmissis, iam regulam
instituto nostro ponamus.

- 1 In excommunicationem hanc
igitur incidit, qui euntem ad Se-
dem Apostolicam detinet, vel ca-
ptum, vel non captum. Quæ ex-
communicatio afficit, vel per se,
vel